

**7464** Odalengi Ferratensi [= Monferrati] oppido, ubi vicem altaris in S. Michaelis templo praestat ALCIAT. similiterque LEANDER quique ab hoc pendent PIGH. GRUT. Similiter etiam RICOLVI, RIVETTA, MAGGIORA-VERGANA. — Extare Aquis DONIUS, GUICHENON; Aquis Statiellis venisse Taurinos in museum ZACCARIA et qui ab eo pendet BIORCI; extare Aquis Sextiis ORELLIUS scribunt, errore omnes.

*tupa lactans gemellos*  
T · LOLLIUS · T · L  
MASCVLVS  
INNI · VIR  
BODINCOMAGENSIS  
5 POSITVS · PROPTER  
VIAM · VT · DICANT  
PRAETERIENTES  
LOLLI · AVE

Primus affert Alciatus in additamentis cod. Dresd. I. 2 f. 100 (Sax.) eidemque acceptum refert Leander Albertus *descr. dell' Italia* (Venetiis 1551) f. 309: ‘*qual epitaphio mi diede l'eccellente dottore Andrea Alciato*’. Ex Leandro repetiverunt Pighius cod. f. 190, ubi praescribitur ‘ex exemplari baronis de Iterstein supremi cubicularii Caes. Maximiliani et oeconomi regis Hungariae Rudolphi descriptum a. 1574’, item cod. Waelscapple f. 135 et Grut. 431, 5 cum subscriptione ‘*Sculpteto amici*’. Ex lapide Don. 5, 165 (inde male Mur. 1033, 7) ex schedis Donianis itemque Guichenon in schedis Montispessulanis vol. XVIII n. 22. Ricolvi et Rivautella *sito d'Ind.* ed. 1 p. 40 repetiverunt ex Grutero adseverantes adhuc extare Odalengi; eorundem exemplum ex ipso lapide exceptum edidit Zaccaria exc. 1, 49 (inde Donat. 333, 12; Guasco mus. Capit. 2, 88; Biorci Acqui 1, 41; Orelli 4737). Ex lapide opinor Rivetta Casale p. 31, a quo sumpsit Gazzera in act. Taur. 33, 214. 34, 47. 56. Ex Rivetta item sumptum est exemplum quod misit Ern. Maggiora-Vergana Astensis acceptum ab amico.

Variam lectionem adscripsi Alciati Donii Zaccariae Rivettæ, quibus solis lectio stat. — In vv. div. secutus sum Donium. Anaglyphi meminerunt Donius et Guich. soli. — 1 T · L. Don. Guich. Zacc., 1 · F. Riv., T · LOLLI Alc. cum asseclis. — 3 IIIIVIR Riv., INNI (om. VIR) Guich. — 4 BODINCOMAGENSIS veri auctores omnes, BODIMOMAGENSIS Guich., BONDICOMAGENSIS Leander, BONDICOMENSIS Grut. — 5. 6 POSITVS · PROPTER · VIAM Don. Guich. Zacc. Riv., HIC · PROPTER · VIAM · POSITVS Alc. — 7 PRAETERIENTES Alc. (em. ex PRAERIENTES) Don. Guich. Zacc., PRAETEREVNTES Leander cum suis, Rivetta, Mur. — Suspectum titulum dixit Gruterus sine causa.

**7465** Moncucci rep., deinde Taurinis primum penes Gazzera, iam in academia scientiarum.

C · BRVTTO · PRAESNTE TI · SEXT p. C. 180  
O QVINTIKO CONDIANO  
COS · P · POPIKIVS · PRISCINV  
S-SEVR-SOL-SE-VIO-POSVRVNT-F-E  
5 T-NEPTES-POS-P-POP-PRI-AVE-BE  
NE-VOLEAS-QVISQ ES- VIATOR  
DE VALE-QVI ME AMOVE  
*Pri(scine), ave. Bene v[a]leas, quisq(uis) es, viator: [ne]q[u]e vale(at), qui me amove[rit].*

Contuli. Ed. Gazzera act. Taur. ser. 2 vol. 14 p. 68 tab. 7.

Titulus imperite et conceptus et incisus sic fere legendus est: *C. Brutio Praes[e]nte [I]I, Sexto Quintil[i]o Condiano cos. P. Popilius Priscinus sev[i]r sol..... se vi(v)o posu[e]runt [immo posuit]. F(ili) et nep[o]tes pos(uerunt). P. Pop(ili)*

*Pri(scine), ave. Bene v[a]leas, quisq(uis) es, viator: [ne]q[u]e vale(at), qui me amove[rit].*

**7466** Vesolani [Vezzolano prope Albognanum] in limine maioris altaris abbatiae S. Mariae ZUCCA. In abbatia S. Mariae *nel sancta sanctorum* pro sepulcri abbatum operculo TERRANEVS. Ibidem e regione altaris maximi, unde venit Taurinos BARTOLI. Est in museo Taurinensi. — Asti MALABAILA fraude.

scutum  
flos super hastas flos  
duas  
SEX · OCTAVIVS  
SEX · F · POL · CEL  
SVS · CASSIANVS  
T · F · I  
5 VIXIT · ANNOS · XXI

Descripsi. Zucca in schedis Donianis cod. Vat. 7113 f. 95; Philippus Malabaila apud Guichenonium 1, 51 (inde Mur. 1719, 5; Muratori Asti n. 33 = 34); Terraneus ms. qui vidit adulescentulus a. 1729; Bartoli ms., qui vidit a. 1763; inscr. Subalpinae cod. bibl. reg. Taur. n. 53; Manuel Vezzolano (misc. hist. patr. vol. 1) p. 297 ex schedis Antonii Bosio.

**7467** Vezzolani in S. Mariae.

|C IV|

Promis descripsit.

## XII. INDVSTRIA sive BODINCOMAGVS (*Monteu da Po*). Tribu Pollia.

Industriæ titulos supra p. 775 iam dixi primos collegisse RICOLVUM et RIVAUTELLAM libello peculiari edito primum Taurinis a. 1745. — Comes B. MORRA de Lavrian sub titulo *Industria, bronzes et monumens, fouilles de 1808 et 1811* a. 1843 tabulas sex incidi iussit formae maximæ, quæ ineditæ manserunt; extant Taurinis in bibliotheca regia una cum eiusdem Morrae de effossionibus iis relatione scripta a. 1843. Duæ ex tabulis iis formas oppidi antiqui aedificiorumque tum repertorum proponunt (similem edidit Vernazza in actis Taur. vol. 23 a. 1818 p. 219 seq.), reliquæ monumenta aerea marmorea cretacea a Morra tum inventa, servata autem hodie in museo Taurinensi. — GAZZERAЕ commentarius *il castello di Bodincomago diverso dalla città d' Industria* reperitur in actorum Taurinensium vol. 34 (1830) p. 27—56; accedunt alia ab eodem obiter edita vel in schedas relata utilia. — Denique Carolus PROMIS quos titulos ibi descripsit, eorum cum reliquis collectaneis suis copiam mihi fecit. — BOTTAZZII librum *marmo di Bodincomago illustrato: dell' agro de' Liguri Iadatini* [cf. n. 7450] e della loro città Bodincomago, ora Casale allegatum apud Rivettam (Casale p. 28) ego non vidi, nec puto typis descriptum esse.

Industriæ Plinius meminit duobus locis, primum in recensu oppidorum nobiliorum Liguriae 3, 5, 49, deinde 3, 16, 122 sic: *Metrodorus Scepsius dicit... Ligurum... lingua amnem ipsum (Padum) Bodincum vocari* (cf. Polyb. 2, 16, 12: *παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις ὁ ποταμὸς προσαγορεύεται Βόδεγχος*, quod significet fundo carentem: cui argumentum adest oppidum iuxta Industria (sic alterius familie libri; industria Leid.) vetusto nomine Bodincomagum ubi praecipua altitude incipit. Quae verba quamquam multi ita interpretati sunt, quasi Plinius Bodincomagum ab Industria distinxerit, dubium

non est hoc eum dicere oppidum iuxta Padum situm Latino nomine Industriam nominatum pristinum nomen habuisse Bodincomagi. Redit id nomen et in titulo urbano militis praetoriani, qui appellatur *P. Ovinconius P. f. Pol. Ingenuos domo Bodincomagus* (Grut. 555, 7) et in nostro n. 7464 T. Lollii T. I. Masculi *VIviri Bodincomagensis* reperto Odalengi, quem vicum probabile est pertica Industriensium comprehensum fuisse. Tribum Polliam, quam Bodincomago urbanus titulus vindicat, Industriæ reperti quattuor n. 7468, 7478, 7481, 7491 (cf. n. 7484) confirmant. — Industriam della Chiesa (*corona reale* 1, 84 ed. 1655) collocavit prope Verruam e regione Crescentini oppidi: *vicino a Verrua una campagna si trova nominata Lustria, nella quale ne' passati secoli era una vecchia terra o città con nome d'Industria appresso Plinio menzionata, et la cui chiesa dedicata a S. Pietro nell' archivio del Vescovo di Vercelli ricordata si vede*. Postea effossiones ab a. inde 1745 saepius instituta ad Monteū titulos dederunt complures rei publicae nomine insignes quaestionemque Industria ubi fuerit deciderunt. — Municipium dicitur n. 7478; reperiuntur *IIvir quinquennalis* n. 7481, *IIvir* n. 7468, *IIIvir* aed. pot. n. 7479, *aedilis* n. 7468, *quaestor aerarii publici et alimentorum* n. 7468, *curator kalendariorum rei publicae* n. 7468, *flamen divi Caesaris perpetuus* n. 7478, *sexvir et Augustalis* n. 7486, 7496, *sexvir* n. 7464 (*Bodincomagensis*) 7480, *collegium fabrum Industriensium* n. 7469, *collegium centonariorum Industriensium* n. 7470, *collegium pastophorum Industriensium* n. 7468. — Contribui cum Industriensibus titulos repertos Casalborgonii et Gassini; separavi repertos in locis superioribus, ut Albognani et Odalengi, quamquam haec quoque Industriensium fuisse non dubito, item Chierenses.